

## Catullus

## V

Vivāmus, mea Lesbia, atque amēmus,  
 rūmōrēsque senum sevēriōrum  
 omnēs ūnius<sup>1</sup> aestimēmus assis!<sup>2</sup>  
 Sōlēs occidere et redire possunt:  
 nōbīs, cum semel occidit brevis lūx, 5  
 nox est perpetua ūna dormienda.  
 Dā<sup>3</sup> mī bāsia mīlle, deinde centum,  
 dein mīlle altera, dein secunda centum,  
 deinde ūsque altera mīlle, deinde centum.  
 Dein, cum mīlia multa fēcerimus,<sup>4</sup> 10  
 conturbābimus illa, nē sciāmus,  
 aut nē quis malus invidēre possit,  
 cum tantum sciat esse bāsiōrum.

**aestimō** (1), estimate, reckon  
**as, assis, -ium, m.**, as (a small denomination of Roman money)  
**bāsium, -ī, n.**, kiss  
**brevis, -e**, brief, short  
**centum** (indecl. numerical adj.), one hundred  
**conturbō** (1), confuse, disorder, disturb  
**cum** (conj. + indic.), when; (conj. + subj.), since, although  
**deinde or dein** (adv.), then, next, afterwards  
**dormiō, dormire, dormivī, dormitus**, sleep  
**invidēō** [*in + videō*], look askance at; begrudge, envy

**Lesbia, -ae, f.**, Lesbia, Catullus' poetic name for his beloved  
**mī = mihi**  
**mīlle** (indecl. numerical adj.), a thousand  
**mīlia, mīlium, n. pl. subst.**, thousands  
**occidō, occidere, occidi, occāsus**, fall, set; die  
**perpetuus, -a, -um**, perpetual, continuous  
**redeō, redire, rediī, reditus**, go back, return  
**secundus, -a, -um**, following, second  
**semel** (adv.), once, a single time; once and for all  
**sevērus, -a, -um**, stern, severe  
**ūsque** (adv.), continuously, without interruption

1. The *-i-* of *ūnius* often scans *short* in poetry.  
 2. **assis**, *genitive of indefinite value*, at the value of an as

3. The *-a* of the 2nd sing. present imperative active of *dō* is long.  
 4. The *-i-* of *fēcerimus* here scans *long*.